

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1539

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 95 / Tabuteau 177

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Gradulphe, Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1037-1040]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard enfant atteste une notice délivrée par Gradulphus abbé de Saint-Wandrille. Cette notice consigne la promesse faite par Guillaume de restituer dans un délai de trois ans le domaine de Ticheville, donné jadis à Saint-Wandrille par la dame Imma avec la confirmation de Richard II, et enlevé plus tard par Robert le Magnifique.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 18bis, p. 61-62.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°95, p. 247-248.

## Dissertation critique

Cet acte se place entre le début de l'épiscopat de Mauger, archevêque de Rouen vers 1037 et la date approximative de l'assassinat du sénéchal Osbern, fils d'Herfast, vers 1040 (FAUROUX, p. 247).

Texte établi d'après b

Noverint omnes ad quos hujus cartule pervenerit series quia terra que vocat Tegiervilla Sancti Wandregesili pro certo legitima hereditas est. Eam namque gloriosus et victoriosus comes Richardus, deprecatione Mee nobilis matrone et ad Deum a seculo converse, cujus a parentibus extiterat hereditaria, Sancto Wandregisilo pro sua salute contradidit ac per carte subscriptionem confirmavit, quam filius ejus et ab illo tercius in regno Robertus, in etate juvenili, perversorum consilio depravatus, supradicto sancto abstulit confessori ; quo defuncto et a presentibus sublato, filioque illius succedente in regni honore paterno, ego abbas Gradulfus, diu dampnum tam grave perpressus, tandem multorum consiliis bonorum animatus, ipsius quoque dampni dolore compulsus, injuste michi ademptam, prout valui, reclamavi terram testesque multos adhibui qui descripti erant in prefata, que penes nos habetur, donationis carta. Tandem vero, divina subveniente gratia sanctorumque intercedere suffragiorum affluentia, eo res deducta est tam continue reclamationis instancia quam prolixè excommunicationis frequentatione importuna, ut comes prefatus puer videlicet Willelmus terram nostram, bonorum consiliis usus testium, veritate comprobata, nobis redderet, pro sua videlicet salute et patris, qui eam tulerat, absolute. Qui cum talem michi fecisset honorem, ego quoque, fidelibus suis consiliariis petentibus, quasi pro mutua tanti beneficii vice, illi obnixè idem petenti reddere ad tempus studui voluntarie, retentis ad presens ecclesiis, cum omni decima ipsius ville et terra unius

aratri exercicio sufficiente, quasi in testimonio redditionis predictae, eo videlicet tenore ut infra tres annos salvam suo fideli mutationem daret, nobisque totam terram nostram redderet et si non ante, saltem post trium annorum complectionem, etiam si nichil adhuc vicissitudinis suo militi Haymoni dedisset. Interfuerunt huic conventioni, Osbernus, Nigellus, Willelmus et archiepiscopus Malgerius, Gozelinus, Ricardus, Radulfus et frater ejus Hugo, Helto quoque, Hugo et Willelmus, Ingerrannus, Hunfredus, Rotbertus et multi alii nobiles, abbas vero Johannes, Nicolaus, Robertus, Ysembertus, burgarii quoque Rotomagenses, Odo, Hungerius, Rotzelinus, Gadeboldus, Hugo, Osbernus, Oggerius et alii innumeri testes.